

24  
Lumen Solymæ extinctum.

*Id est*

**D. JOANNES**  
**PRÆCURSOR DOMINI,**

Ad Herodis Galilææ Regis jussum, sub  
ictu gladii occumbens.

Scenicè propositus.

*A*

*Nobili ac Ingenua Juventute, Episcopalis Gym-  
nasij Scepusiensis.*

H O N O R I.

ILLUSTRISSIMI, & REVERENDISSIMI  
DOMINI, DOMINI

**JOANNIS SIGRAY.**

El: Episcopi Temnensis, Præpositi  
Terræ Scepusiensis; Abbatis B.M.V. de  
Csátár; Sac: Cæs: Reg: Mâttis Consi-  
liarij &c. Meccenatis gratiosissimi.

*Dum annuos Palladis labores munificentissimè re-  
muneraretur. Anno 1700. Die 29. Aug.*

---

LEUTSCHOVÆ, Typis BREVERIANIS.

## ARGUMENTUM.

**P**RIUS, quàm Gentibus Universis lu-  
ceret LVMEN genitum de LVMINE,  
in Veritatis, suiq; testimonium, submisit So-  
lymæ LVMEN, quod lucem suam habebat à  
LVMINE de LVMINE. Et quidem luce-  
bat illud, dum in Calvariæ monte super ligne-  
um candelabrum exaltatum est: extinctum  
autem est istud, quando ad Herodis Galilææ  
Regis imperia in carceres actum, inibi subi-  
ctu gladii occubuit. Quippe D. IOANNES  
Veritatis ardore totus incensus, illicitum He-  
rodus cum Herodiade, Philippi Fratris uxore,  
connubium constanter improbare perrexit;  
atq; ita in carcerem conjectus est. Ipso de-  
mum Herodis Natali die, cum ob saltum He-  
rodiadis Filix optio, quidquid sibi arrideret,  
petendi oblata fuisset (quæ furentis Matris in-  
stinctu IOANNIS caput in disco sibi dari ex-  
poposcit) postulato assensus est Herodes, sa-  
crumq; verticem in aurea patena locatum,  
puellæ adferri præcepit: se, ac Solymam ex-  
tincto IOANNE in immensum tenebrarum  
chaos involvens. *Ex Histor. Evang. Matth. 14.*



PROLOGUS.

*In Perfidia, adversus Veritatem pacatè ad Pharum navigantem, procellas, ventosq; concitante, quoadusq; Phari lucernam extingueret; LUMINIS Solymæi representatur occasus. Verùm in repressa post, per Constantiam tripudiantis Perfidia insolentia, Zelus Apostolicus, Invietaq; Illustrissimi Meccænatis, adversus omnes Veritatis hostes Constantia adumbratur. Cui, cum Genio Venerabilis Capituli, Pallas Scepusiensis applaudit.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

**J**Oannes, pravos Solymæ mores detestatur, vastamq; solitudinem patriis pennatibus præfert.

SCENA SECUNDA.

**H**erodes, cognomento Antipas, Galilææ Rex, in sociam Regni Herodiadem adsciscit.

SCENA TERTIA.

**M**alazar Solymæus incola in Jordanis desertum, ad audiendum Joannem, cum multitudine copiosa proficiscitur.

SC-

*SCENA QUARTA.*

**U**T populum à Joanne abducant invidi Phari-  
sæorum & Scribarum Principes, fraudes sibi  
invicem communicant, quibus irretitum Joan-  
nem perditum eant.

*SCENA QUINTA.*

**J**Oannes in deserto Jordanis pœnitentiam præ-  
dicat.

*SCENA SEXTA.*

**H**erodes, arcano quodam terrore perculsus,  
causam ejus ex Phariseis sciscitatur. Hi frau-  
dis occasionem nacti, Joannem arcanorum in-  
terpretem in Aulam adduci svadent, & persva-  
dent.

*SCENA SEPTIMA.*

**J**Oannes in Aulam Herodis è deserto evocatur,  
& quàm honorificentissimè deducitur.

**CHORUS.**

**F**Uror ad suppressendam veritatem inferos  
manes evocat; auxilio quorum vincula, &  
catenas eidem irretiendæ instruit.

**ACTUS SECUNDUS.**

*SCENA PRIMA.*

**I**N Conspectum Regis adductus Joannes, & de  
causa pavoris quæsitus imperterritè edicit esse:  
Illicitum cum Herodiade conjugium, quod &  
acer-

acerrimè reprehendit. Sed mox ad furentis Reginae preces carceri mancipatur.

*SCENA SECUNDA.*

**I**Smaël ab Aula Herodis ( partium tamen Joannis studiosus ) carcerem periculúmque vitæ Joannis Malazari notum facit: quo authore commovetur in seditionem populus.

*SCENA TERTIA.*

**J**Oannes in vinculis, ad mortem pro veritate subeundam Deo sese offert.

*SCENA QUARTA.*

**P**Lebis commotio Joannis causâ facta, nunciatur Herodi. Hanc, ut componat. Rex, ex Phariseorum consilio, Joannis liberationem mox futuram per Zardonem populo denunciat.

*SCENA QUINTA.*

**C**ontinuatur commotio. Verùm fictis Zardonis pollicitis persuasus Malazar, plebem componit; de soluto Joanne gaudens.

*SCENA SEXTA.*

**H**erodias de eliberando Joanne, nuncium ab Rege plebi missum fuisse intelligens, in furias acta, quò necem illius acceleret, per Phariseorum Principes instruitur.

*SCENA SEPTIMA.*

**J**Oannem Reginae furenti conciliaturus Zardon, sua

svadet, vel revocandam, vel dissimulandam ad minus connubij redarguitionem. Cujus consilia respuens Joannes, pro Veritate se mori paratissimum asserit.

*SCENA OCTAVA.*

INDICITUR dies Natalis Herodis.

**CHORUS.**

SOLIS Ecclypsi conspectâ, Veritateq; catenarum mole in terram acta, ad Phæbi Solium ascensum meditatur plaudens perfidia; sed hæc per Constantiam repellitur: illa, ope ejusdem, in libertatem pristinam asseritur.

**ACTUS TERTIUS.**

*SCENA PRIMA.*

NATALE ab Rege instituitur Epulum. Sub quo, saltu primò Militum Rex recreatus mox saltu Filix Herodiadis adeò captus est, ut in ejus præmium, quilibet petendi & obtinendi gratiam, jurejurando polliceretur.

*SCENA SECUNDA.*

CONFILIO inito cum Herodiade Matre sua jubetur petere Filia, Caput Joannis in disco.

*SCENA TERTIA.*

DUM Rex de solvendo Joanne cum Convivis agere incipit, Herodiadis Filia caput Joannis in disco pro gratia petit, & imperat: jubeturq;  
spicu-

spiculator illud quantocyùs puellæ offerre.

*SCENA QUARTA.*

**J**Oannes in Carcere placidissimè sub ictu gladij occumbit.

*SCENA QUINTA.*

**H**erodias, cum Filia, oblato sibi capiti Joannis illudit.

*SCENA SEXTA.*

**H**erodes ob mortem tanto Prophetæ illatam, varijs agitatur animi fluctibus, imminentemq; cervici, ultricem nemesis gladium fugit.

*EPILOGUS,*

**V**ictrici, etiam per vincula & mortem de Furore & Perfidia Veritati Cœlestes: Mœcœnati verò gratiosissimo Vener: Cap: Scepus: & Scholarum Genij applaudunt.



**NOMINA ACTORUM.**

*Joannes.* D. FRANCISCUS LABORSZKI.

*Herodes Rex.* D. JOANNES PAULINI. AA. LL. & Phil. Magister.

*Herodias.* GEORGIUS FRELICH. Grammatista.

*Filia Herodiadis.* SIGISMUNDUS HASKO. Principista.

*Pharisæi.*

*Joram.* D. MARTINUS SOLCZANI, Syntaxista.

*Sibulet.* GABRIEL POCGRACZ, Syntaxista.

*Phasur.* CHRISTOPHORUS GIZICZKI, Syntaxista.

*Cham.* EMERICUS PETROCZI, Syntaxista.

*Solymæi Proceres.*

JOANNES ONDREGKOVICZ, Syntaxista.

PAULUS ALMASI, Grammatista.

FRANCISCUS BUKOVICZ, Grammatista.

MICHAEL SCHROTT, Principista.

*Aulici.*

*Zardon.* ADAMUS BENCZIK, Syntaxista.

*Devir.* GEORGIUS SLAVKAI, Syntaxista.

*Abimelek.* STEPHANUS PAVLIKOVICZ, Syntaxista.

*Ismaël.* GEORGIUS BADINSKI, Syntaxista.

*Ephæbi.*

JACOBUS LEHOCZKI, Principista.

GEORGIUS RADIOCZI, Parvifista.

EMERICUS VITKOCZI, Parvifista.

ANDREAS SEBESSI, Parvifista.

LADISLAUS KLOBUSOVSKI, Parvifista.

PAULUS THRON, Parvifista.

ANDREAS LEHOCZKI, Parvifista.

*Malazar. Dux Croiam.* ANDREAS BORKUTI, Syntaxista.

*Spiculator.* ANDREAS NAMEROVSKI, Syntaxista.

*In Choris.*

*Perfidia.* D. CLEMENS TITELIUS, ex Opp: Várallya Basista.

*Veritas.* LADISLAUS RUTTA, Syntaxista.

*Constantia.* MATTHIAS NIBLING, Grammatista.

*Furor.* CHRISTOPHRUS MODLANI, Syntaxista.

*Vulcanus.* JOANNES BENCZIK, Syntaxista.

*Cyclopes.*

JOSEPHUS FABRICIUS, Principista.

ANDREAS SPODNIKI, Parvifista.

ANDREAS SZALOKI, Principista.

*Genius.* Illustrissimi Meccena: ANDREAS ANDRASCIK, Gram.

*Genius.* Ven: Cap: Scep: ANDREAS MATKOVICZ, Principista.

*Genius.* Scholar. ANDREAS TOKAI, Principista.

*His Accedunt.*

Cives. Pastores. Milites. Venatores.